

Vier ungedruckte Königsurkunden des 11. und 12. Jahrhunderts.

Mitgetheilt von H. Bresslau.

1. Heinrich III. schenkt dem Bisthum Merseburg unter Bischof Alberich eine Besitzung im Gau Szudici.

Wurzen 1050 August 3.

In nomine sancte et individue trinitatis. Heinricus divina f. 99 favente clemencia Romanorum imperator augustus. Si quid ex nostris facultatibus ecclesias dei ditaverimus, id nobis et in presenti et in futuro tempore multum prodesse firmiter credimus. Quapropter noverint omnes Christi nostrique fideles, qualiter nos ob interventum nostri thori ac regni consortis scilicet Agnetis imperatricis auguste et ob eternam anime nostre memoriam ad altare sancti Laurencii martiris in Merseburg, temporibus eiusdem civitatis episcopi Albrici, quandam villam Nuwindorph dictam et in comitatu Wilhelmi marchionis in pago Szudici, in burevardo Libizken¹ sitam cum omnibus suis pertinenciis tradidimus condonavimus, cum mancipiis scilicet utriusque sexus areis edificiis agris campis pratis pascuis terris cultis et incultis silvis venacionibus aquis aquarumque decursibus molis molendinis piscacionibus exitibus et redditibus viis et inviis quesitis et inquirendis et cum omni iure et utilitate, que ullo modo inde poterit provenire, ea videlicet ratione, ut prefatus episcopus Albricus suique successores liberam deinceps habeant potestatem optinendi tradendi commutandi precariandi vel quidquid illos collibuerit in usum ecclesie inde faciendi. Et ut hec nostra imperialis tradicio stabilis et inconvulsa omni permaneat evo, hanc cartam inde conscriptam manu propria corroborantes sigilli nostri inpressione iussimus insigniri.

Signum domni² Heinrichi tercii regis invictissimi secundi Romanorum imperatoris augusti. (M.) (SMP.³)

Winitherius cancellarius vice Bardonis⁴ archicancellarii recognovi⁵.

1) 'Libizkē' B. 2) 'domini' B. 3) Diese Sigle ('Signum manus propriae') gebrauche ich für das Beizeichen. 4) 'Burdonis' B. 5) 'recognovi' B.